consuetudiniſ predeceſſorum ipsorum
sub Florentinorum examine respon-
dere. Denuo per legatoſ nobileſ viroſ
dominanſ significavit eisdem non
mandanſ neque precipienſ sed mo-
nenſ et ortanſ ut alter ipsorum sal-
tim veniret coram ipso iuraturuſ sta-
re mandatiſ sub conditione se nexi-
buſ aliquibuſ non alligandi. qui denuo
respondenteſ dixerunt se plurimum
ammirari cum nunquam fuerint
nec sint alicuiuſ ditioniſ suppositi.
inter cetera proponenteſ se consi-
lium super propositiſ habituroſ.

Responderunt enim secundum
consilium amicorum reputantium
civitatem eſſe venalem et precibuſ
poſſe corrumpi ostendentium etiam
civeſ eiusdem super talibuſ non
eſſe concordeſ super quo plureſ simili
spe ducti dicuntur fuiſſe decepti et
a radicibuſ extirpati. Florentini vero
auditiſ responsionibuſ antedictiſ
urbevetaniſ damna de publico